

tinum statum habeat que diuicias regnorum totius urbis & mercedes labores
que illius nequaquam tyrus congregentur. sed his qui habitant in conspectu
dn̄i comedant q. & bibant & impleantur omnibus bonis quae in conuiuij
laetitia cunctorum fuerint labore conlatae Si donem ac tyrum sermo
diuinus ad poenitentiam cohortatur & labores eius atq. mercedes dn̄o
sc̄ificandas ee promittit qui non peccatorum sed spem salutis habeat. si tamen
benececinerit & uniuersae cordis uirtutumq:. quondam fuerant relaxate
in laudes dn̄i conponantur Legimus in quadragesimo quarto psalmo
qui specialiter ad iunctionem sponsi & sponsae Id est ad dn̄i saluatoris
& ad ecclesiae pertinet sacramenta dici intercetera Filia tyri in muneri
bus faciem tuam precabuntur diuites terrae & ipse rursus ad sponsam
tyriam loquitur Audi filia & uide & inclina aurem tuam & obliuiscere
populum tuum & domum patris tui quia concupiscet rex decorem tuum Vnde
& descriptione pulchritudinis eius infertur Adstetit regina ad extrictus
in uestitum deaurato circum amicta uarietate & iterum omnis gloria
filiae regis intrinsecus Si aut concupiuit rex pulchritudinem tyriae
poenitentis & uariarum habentis ornamenta uirtutum quanto magis
merces eius negotiatio tyro permanentibus Sed eorum qui habitant in con
spectu dn̄i qui postquam egerint paenitentiam audiant a dn̄o saluatore
Comedite amici & bibite inebriamini carissimi quid sit aut comedere & bibe
re & saturari omnium conlatione uirtutum fidelis lector intellegit septu
aginta annis desolatum fuisse templum & hieremias & danihel & za
charias docent. in hiezechihele de sodoma legimus quod restituatur in an
tiquum & de aegypto quod post desolationem terrae aegyptij & ariditatem
septem fluminum ueterem recipiat ubertatem Septimarius autem & septua
ginta septuagesimus numerus qui uel de singulis diebus uel de septem conficit
decades perfectam significat & consummatam poenitentiam ut iuste tyrus expleto
poenitentiae tempore in antiquum redeat statum de hac arbitror meretrice
& illud in prouerbiis salomonis mistico sermone signare ne ad tendas pessi
mam mulierem Mel enim distillat de labiis mulieris meretricis quae ad
breue inpinguat fauces tuas & postea amarius fellere pperies per fenistram
enim domus suae in plateis prospicit Qui alata & spaciosa uia quae ducit
ad mortem & quemcumq. insipientem uiderit iuuenem Sapientes quippe
temtare non audet & transire iuxta angulos qui rectam lineam perdiderunt
loquitur enim in tenebris & in caligine & sub specie uoluntatum quasi uictimam
ducit ad mortem haec si conuersa fuerit & bene cecinerit [illegible] & perfectae
poenitentiae annorum tempus impleuerit comedet & bibet & saturabitur audiet nouatianus
& taceat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0221